101

et confirmand esse duximus, prout presentibus literis nostris, approbamus et confirmamus; cuius, uti quoque praesentis nostrae approbationis intuitu, idem Lohusen, dictum fundum, cum omnibus et singulis attinentiis et pertinentiis universis, Colonis, subditis, agris, pratis, campis, sylvis, lacubus, nemoribus, stagnis et libera piscatione, in fluvio Orrow, iuxta antiqua iura, ac privilegia eorundem bonorum, iure haereditario, tenebit, habebit, et possidebit, et cum eodem iure ad suam posteritatem transmittet. Promittentes pro Nobis et Serenissimis Successoribus nostris, non esse nos praefatum Lohusen alias Holderbach eiusque legitimam posteritatem, ab usu et pacifica possessione dicti fundi, aliarumque attinentiarum amoturos, nec cuipiam amovendi vel alienandi potestatem facturos, sed salvum et integrum eius ipsis conservaturos, idemque et Serenissimi Successores nostri facient. Ratione quorum bonorum ea nobis et Reipublicae onera praestare tenebitur, ad quae caetera Nobilitas hic ex similibus bonis est, eritque in posterum obligata. In cuius rei fidem etc. Datum Varsaviae die VIII Mensis February Anno quo supra.

Sigismundus Rex.

Anus Lode Secretarius Regiae Maiestatis.

Ius Caducum Skrzydłowski militi post Christophorum Zaleski in Oppido Sokoł datur.

et confirmanđ esse duximus, præsentibus literis nris, approbamus et confirmamus; cuius, uti quoque præntis nræ approbationis intuitu, idem Lohusen, dictum fundum, cum oibus et singulis attinen et pertinen universis, Colonis, subditis, agris, pratis, campis, sylvis, lacubus, nemoribus, stagnis et libera piscatione, in fluvio Orrovien, iuxta antiqua iura, ac privilegia eorundem bonorum, iure hæreditario, tenebit, habebit, et possidebit, et cum eodem iure ad suam posteritatem transmittet. Promitten pro Nobis et Sermis Successoribus nris, non esse nos præfatum Lohusen ats Holderbach eiusque legitimam posteritatem, ab usu et pacca possone dicti fundi, aliarumque attinen amoturos, nec cuipiam amouen vel alienan potestatem facturos, sed saluum et integrum ius ipsis conseruaturos, idemque et Sermi Successores nri facient. Ratione quorum bonorum ea nobis et Reipub onera præstare tenebr, ad quæ cætera Nobilitas hinc inde ex similibus bonis est, eritque in posterum obligata. In cuius rei fidem etc. Datum Varsauiæ die VII Mensis Februarij Anno quo sup.

Sigismundus Rex.

Nus Lode Secr
Reg. Mttis.

Ius Caducum Skrzydłowski militi post Christopherum Zaleski in Oppido Sanok datur.

Sigismundus III etc. Scamus etc. Quia nos bona omnia mobilia et immobilia, summasque quasuis pecuniarum, post mortem quondam Nobilis Christophori Zaleski in Oppido Sanok, siue etiam apud aliquas alias personas debitas, vel inscriptas et ad dispositionem nostram certis de causis iure Caduco deuolutas Generoso Adamo Skrzydlowski militi nostro, qui sub signis Illustris et Magnifici Thomae de Zamoscio Zamoyski militarem nobis operam in Prussia nauauit dandam et conferendam esse duximus, uti quidem damus et conferimus praesentibus literis nostris, per eum legitima iuris via in suam possessionem vindicandam, adeptaque tenendam, habendam, ac in suos et successorum suorum beneplacitos usus conuertendam perpetuo, quod omnibus quorum interest praesertim vero officio Castrensi siue etiam Terrestri Sanocensi notum esse volumus mandantes, ut requisiti a praefato Donatario nostro, siue ipsius mandatario, bona praefata ipsi in realem et actualem possessionem extradant, de detentoribus vero eorundem promptam et indilatam ipsi iustitiam administrent, omninoque curent, ut quamprimum effectu praesentis Donationis nostrae potiatur. Pro gratia nostra. In cuius rei fidem etc. Datum Varsauiae XIV Mensis Martij. Anno quo supra.

Sigismundus Rex

Stanislaus Siedlecki.

Consensus Nobili Zophiae Zalezowska, ad cedendum de fundo Topinko wielkie in personam Nobilis Alberti Piotrowski filii sui datus.

Sigismundus III etc. Scamus etc. Quia nos bona oia mobilia et immobilia, summasq quasuis peccun, post mortem qua- si Nobilis Christophori Zaleski in Oppido Sanok, sive etiam apud aliquas alias personas debitas, vel inscriptt. et ad dispom nram certis de causis iure Caduco devolut. Gnoso Adamo Skrzy- dlowski militi nro, qui sub signis Illris et Magci Thomae de Za- moscio Zamojski militarem nobis operam in Prussia navavit dan et conferen esse duximus, uti quidem damus et conferimus pra- sen litis mis, per eum ltima iuris via in suam possom vindi- can, adeptaq tenen, haben, ac in suos et successorum suorum beneplacitos usus converten perpetuo, quod oibus quorum interest praesertim vo offo Castren sive etiam Pri Sanocen notum esse volumus mandan, ut requisiti a praefato Donata- rio nro, sive ips mandatario, bona praefata ipsi in realem et actualem possom extradant, de detentoribus vo eorumq promptam et indilatam ipsi iustiam administrent, omninoq curent, ut quamprimum effectu pntis Donationis nrae potia- tur. Pro gra nra. In cuius rei fidem etc. Dat. Varsaviae XIV Mensis Martij. Anno quo sup.

Sigismundus Rex

Stanius Siedlecki.

Consensus Nobili Zophiae Za- lezowska, ad cedendum de fundo Topinko wielkie in personam Nlis Alberti Piotrowski filii sui dat.